

recognoscimus presentibus fideliter protestantes, quod scultheto in Grymmis universisque civibus civitatis eiusdem omne ius et libertatem concedimus, quam ab origine fundacionis civitatis predictae a nostris parentibus habuerunt. In cuius collacionis seu gratie robor efficacius et firmiorem fiduciam has patentes litteras nostras desuper confectas sigilli nostri appensione munitas ipsis dedimus pro cautela. Testes huius sunt Iohannes de Geilnowe, 5 Albertus Knuto, Henricus de Kokeriz milites, fideles nostri, et quam plures alii fide digni. Datum Lipzk anno domini M^o CC^o LXXVII^o, tercio kalendas augusti.

. 20.

Markgraf Friedrich der Freidige bestätigt die von Johannes Vinitor für die Frauenkirche zur Stiftung einer ewigen Lampe und von Seelenmessen gemachte Schenkung. Altenburg, 1309 Aug. 1. 10

Hdschr.: Or. Perg. Deutsche Gesellschaft Leipzig. Das beschädigte Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. VII, 5) an Fäden von grüner Seide.

Gedr.: Mittheilungen der Deutschen Gesellschaft 1, 191 f.

Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 83 (und dazu Berichtigung II). 175. 264 Note.

Fridericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio et Turingorum lantgravius 15 omnibus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Cum actus humani —. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi Christi fidelibus, quod cum Iohannes Vinitor civis in Grimme ortum situm in civitate Grimme iuxta sanctum Nicolaum solventem singulis quatuor temporibus tres solidos, XII vero in universo, quem quondam Otto de Kaschiz beate memorie possedit, qui scilicet ortus ab omni iure civili 20 est exemptus, item molendinum situm ante walwam Lipzensem predictae civitatis, quod vulgariter dicitur sliphmol, de quo dantur singulis annis V solidi circa festum beati Iacobi, item fertonem de taberna in Quirbs, item de filipensibus in Grimmis circa summam quinque solidorum, qui cedunt ecclesiastico pro suo labore, eosdem quinque solidos cum predictis bonis ecclesie sancte Marie in Grimme ob reverentiam omnipotentis dei et prefate 25 virginis Marie matris sue cum omni iure utilitate et honore ad habendum luminaria perpetue vel lampadem ardentem singulis noctibus predicta bona dedit tribuit et donavit, illo tamen non obmisso, quod in qualibet anni revolutione domini Henrici quondam plebani in Grimme et domine Sophie coniugis dicti Iohannis nunc defuncte et eiusdem Iohannis, postquam viam universe carnis ingressus fuerit, anniversarii cum vigiliarum et missarum 30 sollempniis peragantur: nos ad honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie matris sue proprietatem dictorum bonorum, que a nobis feodali tenebantur titulo, resignatione in manus nostras liberaliter facta dedimus donavimus adiecimus et tradidimus prefate ecclesie sancte Marie in Grimme possidendam perpetuo et tenendam. Et ne super premissis in posterum valeat ullis dubietas aliqua suboriri, presens scriptum dari fecimus sigilli nostri 35 munimine roboratum. Testes huius sunt nobiles viri Albertus Knut, dominus Walterus scriptor, Henricus de Kokerithz, miles de Boluuz, marscalcus domini marchionis dictus Goltacher et quam plures alii fide digni. Acta sunt anno domini M^o C^o C^o IX^o. Datum Aldenboreh vincula beati Petri apostoli.